

℣. Glória et honóre.... Si vero jam dictus fuerit, ad Memoriam S. Stephani dicatur ℣. Posuisti Dómine super caput ejus. R̄. Corónam de lápide pretiósio.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos diligere : quia ejus natalítia celebrámus ⁊ qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

✠ Si tamen hæc Oratio ultimo loco dicenda fuerit, prolixiore clausula terminetur, scilicet : exoráre : Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ⁊ Qui tecum vivit.


DIE XXVII. DECEMBRIS.

S. JOANNIS APOSTOLI
ET EVANGELISTÆ.

TOTUM DUPLEX.

IN I. VESPERIS.

Ad Memo-
riam Ant.
j. toni.



VALDE honorándus est be-átus Jo-ánnes,
qui supra pectus Dómini in Cena re-cúbu-it.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum. R̄. Et in fines orbis terræ verba eórum.

Oratio.

ECCELSIAM tuam Dómine benígnus illústra : ut beáti Joánnis Apóstoli tui et Évangelístæ illumináta doctrínis ⁊ ad dona pervéniat sempitérna : Per.